



**Antoninus Diana Panormitanus, Clericus Regularis, Doctor  
Celeberrimus, Coram S. D. N. Alexandro VII. Episcoporum  
Examinator, & Sancti Officij Regni Siciliæ Consultor,  
Coordinatus, Seu Omnes ...**

**Diana, Antonino**

**Lugduni, M. DC. LXXX.**

10. An in gravi necessitate teneamur largiri eleemosynam de necessariis  
ad statum? Ex p. 5. tr. 8. res. 15.
- 

[urn:nbn:de:hbz:466:1-76369](https://nbn-resolving.de/urn:nbn:de:hbz:466:1-76369)

Sup. hoc ppi-  
mo in Ref.  
& §§. not.  
præterite.

Quæ hic est  
Ref. antece-  
dens, in §.  
Quarto, & in  
alii sius,  
not.

Sup. in Ref.  
not. præte-  
ritæ.

Notandum est etiam hic cum dicto Granad.  
disp. 4. num. 1. Caetano verb. *eleemosyna largitio*,  
Corduba lib. 1. quæst. 18. quod tardò contingere potest,  
quod facultates sub mortali teneantur pauperibus  
erogare superflua decentia sua, quia, ut alibi ex Val-  
quez & aliis notarii part. 2. trætl. 16. refol. 2. & vix in ma-  
gnis diuitiis inueniuntur superflua status. Dicen-  
dum est igitur cum Emmanuele Sà ver. *eleemosyna*, n. 2.  
quod cum inter Doctores non conueniat quando  
peccet mortaliter, qui non facit eleemosynam, non  
facili condamandi diuites, qui non faciunt monen-  
di tamem, ut faciant quantas maximè possint. Ita ille,  
& ego. Cum igitur facultates de necessariis ad statum  
non teneantur erogare pauperibus, nisi extremam  
necessitatem patientur, & necessitates ista tardò euen-  
tiant, aut faltem manifestentur diuitiis, quippe qui  
non tenent casus querere, & status decentia magnam  
habeat latitudinem, difficileque inueniatur qui super-  
fluitatis convinci possit, difficile est damnare ad  
mortale, & in casu, faltem dubia obligationis, nec  
diues tenetur elargiri, nec Confessarius sub mortali  
obligare. Vide me ipsum *vbi supra*.

tenetur quispiam sub mortali, elargiri eleemosynam  
de necessariis ad statum, iuxta illud Iacob. 2. Si frater,  
aut soror nadi sint, & indigeant vicinu quotidiana, dicas  
autem aliquis ex vobis illis, ut in pace, calefaciun-  
& saturamini, non aederit autem eis quæ necessaria  
sunt corpori, quid proderit?

2. Sed his non obstantibus contraria sententia  
tanquam probabiliti adhæsi *vbi supra*, & nunc  
etiam adhæreo, quam tuerit præter Doctores, quos  
citaui in dicta resolutione, Thomas Sanchez in opus.  
tom. 1. lib. 1. cap. 5. dub. 5. num. 44. Martinus Ledesma  
in 2. part. 4. quæst. 28. art. 3. D. Thom. in 4. disp. 1,  
quæst. 2. art. 4. quæst. 1. Salomon in 2. 2. quæst. 7. art. 1,  
Sotus de Iust. lib. 5. quæst. 8. art. 1. Nauarta de refut.  
lib. 3. cap. 1. num. 12. Et ratio est, quia vauleisque  
habet ius ut vivat, sicut decet statum suum: ergo ne-  
mo potest illum obligare ad elargiendum eleemosynam  
de iis, quæ ad huiusmodi decentiam necessaria  
sunt, nisi quando proximus est in extrema necessitate,  
tunc enim agitur de vita avertendâ quo calu-  
ritas obligat, ne tantum malum patiar in fratre meo,  
ut ab statu non cadam, faltem aliquando, alioz enim  
necessitates etiæ graues, minus tamen obligant; &  
hæc est humana conditio, ut quidam laetus & iu-  
cundius degant, quæm alij. Confirmatur, quia cum  
tot graues & sapientes viri nihil in iure diuino, aut  
naturali reperirent, quod eos conuincat ad obligan-  
dum diutes, vt de necessariis ad statum succurrant  
graibus necessitatibus, signum optimum est, fal-  
tem hoc ius, seu hanc legem esse dubium; in dôblio  
autem præcepti non sunt obligandi, præterim sub  
mortali, ne alioqui laqueum nouum illis iniciamus,  
& difficiliorē reddamus salutis viam illis, quibus  
alioqui Christus Dominus valde difficultem prædicauit: ergo, &c.

## RESOL. X.

*An in gravi necessitate teneamur largiri eleemosynam  
de necessariis ad statum? Ex p. 5. II. 8. Ref. 15.*

Quæ hic est  
Ref. antece-  
dens.

§. 1. Afirmatiuam sententiam docet Palatius in  
4. disp. 15. disp. 6. Corduba lib. 1. q. 26. Medina  
Cod. de elemos. quæst. de necessitate eam faciendi. Angles  
in floribus part. 1. de elemos. q. 5. diffic. 6. Hurtadus de  
Mendoza in 2. 2. disp. 15. q. 2. art. 4. §. 92. vbi sic ait: In  
necessitatibus proximi gravius eadem dicenda sunt,  
quæ in extremis, quia hæc necessitas spectans ad cor-  
pus vocatur ab authoribus quasi extrema, &c ad illius  
ordinem rediguntur, quia prudenter potest timeri mox.  
Quapropter etiam ex necessariis ad statum eroganda  
est eleemosyna. Ita ille, & ante illum Bañez, Valen-  
tia, & alij, quos citauit in 4. part. trætl. 4. refol. 215, &  
nouissime Sylvius in 2. 2. q. 32. art. 6: concl. 3. Probatur  
hæc opinio, quia charitas Christiana obligat, vt quis  
subleuat notabilem proximi sui miseriæ, si absque  
incommodo magno possit, sed elargiendo elemosynam  
de superfluo naturæ, licet necessarium sit ad statum,  
potest quis subleuare notabilem proximi miseriæ  
absque magno incommode: ergo charitas  
Christianæ ad id obligat. Consequens est euidentis;  
major patet, quia non est vera amicitia quæ patitur  
amicum insigni necessitate opprimi, & illi non sub-  
uenit ne leue damnum sustineas. Minor probatur,  
quia cum ea, quæ ad statum pertinent, non consistant  
in indubius, sed potius magnam latitudinem ha-  
beant, etiam si quis aliqua demas de statu, leue incom-  
modum sentier, & alioqui subleuabit magnam proximi  
miseriam, quæ cum non tam frequenter occur-  
rat, sine magna iactura sue rei familiaris poterit diues  
illi subuenire. Confirmatur primò, quia si ad statum  
viri nobilis pertinet, v. g. habere quatuor famulos,  
& parientes domus ornare aulaeis ex auro sericoque  
filo intertextis, quis non videat exiguum esse iactu-  
ram, si tribus famulis, & solis sericis aulaeis conten-  
tus sit, ut habeat unde subueniat quotidianè alteri viro  
nobili, & olim ditissimo, qui ad magnam retum ino-  
piam propter naufragium peruenit; obligat ergo  
charitas interdum sub mortali ad elargitionem ele-  
mosynæ de necessariis ad statum. Confirmatur se-  
condò, in annis magna sterilitatis quis dubitabit te-  
neri diutes diminuere aliquid magnificientia sui sta-  
tus, & minus laute viuere, ut pauperibus subueniant?  
Confirmatur tertio, quia fratribus & consanguineis

*An in gravi necessitate teneamur præbere eleemosynam  
de superfluis naturæ, & statu?*  
Et notatur in supradicto casu posse diutes illam elar-  
giri non liberaliter eleemosynam dando, sed illam  
mutando. Ex p. 5. II. 8. Ref. 14.

## §. 1.

P. Ro sententia negativa adducitur D. Anton. Sphæ-  
los hanc sententiam non docere contendit Hurtadus  
de Mendoza in 2. 2. disp. 159. art. 4. §. 85. illam docet  
Rosella vers. *eleemosyna*, vbi afferit, non cadere ele-  
mosynam sub præcepto, nisi necessitas pauperis ex  
extrema sit, multos alios Doctores adducit pro hac sen-  
tentia Sanchez vbi infra, quibus ego adhæsi in 1. part.  
trætl. 2. Mise. refol. 28. Probatur hæc opinio, quia pat-  
tur homo magis subvenire proximo, quam in  
sibi ipsi, sed netto tenetur sibi ipsi plus velle, aut  
reducere, quia quod ad sustentandam vitam nec-  
cessarium est; ergo nec alter plus illi erogare; sed quis-  
quis non patitur extrema necessitatem, habet id  
quod ad sustentandam vitam necessarium est: ergo  
nullus tenetur elargiri eleemosynam ei, qui non est  
in extrema necessitate, aut certè si quia obligatio  
asserenda sit, ea non poterit esse graues. Secundò pro-  
batur, quia nullus tenetur sub letali culpa pro-  
curare, ut extraneus bene sit, dummodo procure ut vi-  
uat, & absolue sit; sed quisquis non patitur extre-  
mam necessitatem, habet quidquid requirit ut vi-  
uat, & absolue sit: ergo nullus est sub letali culpa  
obligandus, ut extraneo elargiatur eleemosynam  
extra casum extremae necessitatis.

2. Sed his non obstantibus modò ego contrariam  
sententiam teneo, quam tuerit Granadus in 2. D.  
Thom.